



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Ruremundanus n. 8

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

nouam, sed iniuitate temporum negatam facultatem. *Tanta Senatus erat in Societatem benevolentia. Sic apud Imag. I. Sac. Soc. lib. 6. fol. 747.*

*Et Bruxel-  
lensi bus,*

*Ad Ciuita-  
tis opem, &  
Religionis  
deus resti-  
tuendum.*

*Scholarum  
vtilitas.*

*Eius dis-  
cessus sub  
pena capi-  
tia caueatur.*

*Et fama  
defenditur.*

*Eius singu-  
laris mode-  
stia in po-  
pulari tu-  
multu.*

7. A SENATV BRVXELLENSI : *Qui literas ad Franciscum Costerum Prouincialem expedit sane honorificas, quibus primū, nec immerito deplorat præteritis bellorum tempestatibus afflictam, oppressamque Rempublicam suam communi patrie calamitate. Deinde sæpius agitasse animo, fatetur, ante ipsas turbas aduocare Societatem : quod quia neglexerint, nunc conscientia vrge- ri, adeoque extremos adhibere velle conatus impetrans aliquot Patribus opem prostratae Ciuitati laturis, & suum Religionis restituturis decus. Ita Ibidem fol. 755.*

8. A SENATV RVREMUNDANO, *Cuius publicæ extant li-  
tere testantes. Incredibilem iuentutis mutationem vel vnius  
anni spatio factā per Societatis Scholas. Quare minimè miran-  
dum ex eas esse singulariter Hæreticis, qui eas solas ceteris quibuslibet  
impune permis̄, severa lege interdictas suis revoluere. Sic Ibidem  
fol. 772.*

9. \* A SENATV REGIO CANARIENSI, *preconis voce  
mandante, Sub vitæ, amissionisque bonorum pœna, ut à nul-  
lis caueatur. la cuiuscumque status personâ, Patres Societatis IESV ex In-  
sula extraherentur, neque phafello, aut nauigio vlo admitte-  
rentur. Ita Senatus nostrorum dolens absentiam discessumque, decre-  
uit : apud Euseb. in Vit. B. Borgiae lib. 3. cap. 10.*

10. A SENATV TOLOSANO: *Qui in colligendo Libello quo-  
dam aduersus Societatem famoso, inter alia motua illi per quam ho-  
norifica publico decreto, ut præcipuum hoc designauit, statuens, Re-  
ligionis rem agi, vbi Societatis bonum nomen sine causa pe-  
riret. Ita in Annal. Soc. ann. 1618. fol. 593.*

11. A SENATV CÆSARAVGVSTANO: *Qui ad Nostros ab  
Urbe ob popularem tumultum exire statuentes, sic allocutus est. Tu-  
multum popularem tantum sibi attulisse molestiæ, quantum  
Societatis egregia voluntas attulerat voluptatis, nec se nesci-  
re turbarum vnde oriretur initium, aut quis tandem Lapidès  
impe-*